Vitae et passiones sanctorum

Lorsch (z.T. Arras ?), 1. Hälfte 9. Jh. u. Ende 9. Jh. Seite 109r



silanus & dixit. Nos si transitorium timuerimus interitum. aeternum incurrimus supplicium. & qm uere nouimus quae praemia sunt parata iustis & quae sit poena constituta peccatoribus. idcirco securi legem romanam contemnimus ut iussa diuina seruemus idola contemnentes. ut dō omnipotenti famulantes. uitam aeternam inueniamus. Adorantes autem demonia cum ipsis in interitu erunt & sempiternum incendium. & amoto silano iussit quintum presto esse alexandrum. cui dixit. miserere aetati tuae & uitae in infantia positae. si non fueris rebellis & secutus fueris ea que sunt regi nostro antonino gratissima. unde sacrifica diis ut possis amicus augustorum fieri. & uitam habere & gratiam. Respondit alexander. ego seruus xpi sum. ore confiteor. corde teneo. incessanter adoro. Infirma aetas quam uides canā habet prudentiam. & uiuit dñm colit. Dii autem tui cum cultoribus suis erunt in interitum. & isto amoto. iussit sextum uitalem applicari. cui & dixit. forsitan tu optas uiuere & non in interitum deuenire. Respondit uitalis. quis est qui optat uiuere melius. qui uerum dñm colit. an qui demone optat habere propitium. publius dixit. & quis est demon. uitalis respondit. Omnes dii gentium demones sunt. & omnes qui colunt eos. & hoc amoto. iussit septimum martialem ingredi. cui dixit. crudelitatis uestrae factores estis. Augustorum instituta contemnitis. & in uestra pernicie permanetis. Respondit martialis. o si nosse poteras quae poene cultoribus idolorum paratae sunt. & adhuc non tardat ds iram suam uobis. & idolis uestris demonstrare. Omnes enim qui non confitentur xpm uerum esse dñm. in aeternum incendium erunt. Tunc iussit & hunc septimum amoueri. & gestis omnia scripta per ordinem. regi antonino ingersit. Tunc antoninus misit eos per uarios iudices. ut uariis suppliciis laniarentur. Ex quibus unus iudex fratrem primum ad plumbatas occidit. alter secundum & tertium fustibus mactauit. Alius quartum per precipitium interemit. Alter quintum & sextum & septimum capitale subire fecit sententiam. & matrem eorum capite truncare iussit. & uariis suppliciis in hoc saeculo interemit eos. facti sunt uniuersi uictores & martyres xpi. qui cum matre triumphantes ad aeterna praemia conuolauerunt in caelis. qui pro di amore minas hominum poenas & uerbera contemnentes. xpi amici facti sunt in regno caelorum. qui cū patre & spū sco uiuit & regnat in scla sclorū. Amen.

EXPL PAS SCE FELICITATIS CŪ VII FILIIS.

## INCIPIT SERMO BEATE PRAXEDIS MĒN IUL DIE XXI.

XXVI. VIRGO UENERABILIS PRAXEDIS HABITAuit in titulo supradicto. afflicta propter transitum germanae suae potentianae; Ad quam multi nobiles xpiani ueniebant. & consolabantur eam una cum sco pio epo. Veniebat ad eam germanus uester nouatus. qui est frater noster in dño. & consolabatur eam. & multos xpianos pauperes donis suis reficiebat. & ministrabat omnib. de facultatib. propriis in honorem uirginis scae praxedis. Rogans & petens ab ea. ut orationibus eius indulgentiam a dño mereretur. quiuor frequenter cum beatissimo pio epo ad altare dñi commemorabat. Post annum uero & dieb. uiginti & octo. egritudine detentus est nouatus. & absens erat a conspectu beate uirginis praxedis. pio autem epo cogitante de omnib. xpianis. una cum uirgine praxedis. requiretur nouatus uir di. & dum auditum fuisset. quia egritudine detinebatur. contristati sumus omnes. Beata praxedis dixit ad patrem nostrum scm pium epm. Iubeat scimonium uestrum ut eamus ad eum. & uisitatione tua una cum orationibus uestris saluabit eum dns. & facta constitutione noctu una cū pio epo

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0223